



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

Cap. I. De Confirmationis essentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066




E X A M E N III.

Circa materiam de Sacramento Confirmationis.

CAPVT PRIMVM.

De Confirmationis essentia.

1.  *Vid Confirmationis*; Sacramentum nouæ legis speciale robur Spiritus sancti per unctionem Chriftatis in fronte, & certa verba significans & conferens.

2. *Quando instituta?* Si antiquæ credendum traditionibus ipso Christo in extrema nocte Cœnæ instituta est, & ab Apostolis post Pentecostem fidelibus in vsum adhibita.

3. *Quenam Confirmationis materia?* Remota quidem est Chrifta, quod oleo constat & balsamo, est certa materia probabilis oleum oliuarum, cui consecratio Episcopi, vel Sacerdotis à Summo Pontifice ad id munus per priuilegium deputati necessariò adiungenda est. Proxima autem est unctio ipsa in fronte per Episcopi pollicem in modum Crucis adhibita.

4. *Quanam verò forma?* Illa sufficiens ac necessaria: Signo te signo Crucis, & confirmo te Chriftate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

CAPVT II.

De dispositione ad Confirmationem, & ritu eius recipiendi.

S. I. 5. *Dispositionem exprime ad Confirmationem recipiendam*
Disposi- Sua natura gratiam in suscipiente supponit. Per acci-
tio ad dens verò sat est attritio cognita, vel contritio existimata.
Confir- Dignè igitur, & cum debita intentione suscipi debet, & semel
matio- tantùm. Quod si iteretur, liber confirmatus erit ab irregula-
tem. ritate, non autem à mortali crimine.